nores stimulis invidie ceperunt agitari ferocius, quasi de alto magnitudinis culmine ~~invidie cep~~ subito ad ima ruentes eorum exigentibus meritis non modicum ceciderunt. Quantum autem Faventinos ne eis aliquando resisterent modis omnibus supprimere laboraverint, sermo declarabit inferius.

c. XIV. De destructione castri Basilaci.[1]

Factum est autem cum homines castri Basilaci nimium confiderent in foveis magnis et profundis, muris et turribus altissimis atque non modicum virorum multitudine pollerat, Ravennatum freti favore, Faventinos cepere despicere et quasi de pari cum eis contendere. Quadam itaque die cives Favencie in locum qui dicitur Pigna predictis obviarunt castellanis ibique maximum commisere prelium, multis viris et equis ex utraque parte interfectis. Sepissime quidem insidiis in loco, qui dicitur Cesatraula, positis milites insultum facientes mulieres pannos inter pontem et Petram Candianam lavantes

receptorum beneficiorum ipsi omnes ad in-